

AÑO LVII. — 8 DE JUNIO DE 1909. — NÚM. 11.



BOLETÍN Eclesiástico
DEL
Obispado de Astorga.

SUMARIO: Obispado de Astorga.—Sesión ordinaria del Consejo General del Montepío Asturicense.—Circular de Secretaría de Cámara.—Carta Encíclica de Su Santidad.—Sagrada Congregación del Santo Oficio.—Sacerdotes inscritos en la Liga Sacerdotal Eucarística.—Bases para el concurso del Himno de la Conmemoración de los Sitios de Astorga.—Ordenes.—Necrología.

OBISPADO DE ASTORGA

Hemos recibido la siguiente carta de Su Majestad el Rey (q. D. g.):

Ministerio de Gracia y Justicia.—EL REY.—Muy Reverendos en Cristo, Padres Arzobispos, Reverendos Obispos, Vicarios Capitulares de las Iglesias de esta Monarquía y Vicario Castrense:

Habiendo entrado S. M. la Reina, Mi muy amada esposa en el noveno mes de su embarazo, en debido reconocimiento á la misericordia de Dios por tan grande beneficio, tributándole las más debidas gracias é implorando su divina asistencia para que la conceda un feliz alumbramiento, Os Ruego y Encargo dispongais en todas las Iglesias dependientes de vuestra ju-

risdicción, rogativas y oraciones públicas y generales.

En ello Me serviréis, y de la presente, y de lo que en su vista resolvais, daréis aviso á Mi Ministro de Gracia y Justicia.

Dado en Palacio á veinticuatro de Mayo de mil novecientos nueve.—YO EL REY.—El Ministro de Gracia y Justicia, *Juan Armada Losada*.—*Al R. Obispo de Astorga*.

En su consecuencia, y para cumplimentar los piadosos votos de nuestro Católico Monarca, mandamos que en las parroquias se celebren rogativas públicas según costumbre de las mismas, invitando los Rdos. Curas Párrocos á las autoridades para su asistencia.

De acuerdo con nuestro Cabildo dispondremos la celebración de las rogativas en la Santa Iglesia Catedral.

Astorga 1.^o de Junio de 1909.

† EL OBISPO

MONTEPIO DEL CLERO ASTURICENSE

En cumplimiento de lo que previene el artículo 69, número 1.^o del Reglamento del *Monteipo del Clero Asturicense*, hemos tenido á bien disponer: que el día 22 del próximo mes de Julio, á las 10 de su mañana, se celebre en el salón de actos de nuestro Seminario Conciliar, la sesión ordinaria que, en conformidad con lo es-

tablecido en el artículo 67, número 3.^o, debe celebrar anualmente el Consejo General del Montepío. A cuyo efecto, convocamos á todos los individuos que según el artículo 60, componen dicho Consejo; y si á alguno no le fuera posible asistir personalmente, deberá autorizar por escrito á otro socio pensionista que le represente en dicho acto, previo la oportuna presentación en la Secretaría del Montepío del documento que acredite su autorización.

Astorga 1.^o de Junio de 1909.

† JULIAN, OBISPO DE ASTORGA

Secretaría de Cámara y Gobierno del Obispado de Astorga.

Al aproximarse las festividades del Santísimo *Corpus Christi* y del Sagrado Corazón de Jesús, de orden de S. E. Ilma. el Obispo, mi Señor, se encarece á los Sres. Curas Pájrocos y encargados de parroquias tengan presente lo recomendado por nuestro Santísimo Padre el Papa Pío X en el Breve *Quo perennis* de 22 de Agosto de 1906 y en las Letras *De triduanis supplicationibus...* de 10 de Abril de 1907, con el fin de que celebren en sus Iglesias los cultos y preces á que se refieren dichos documentos pontificios.

Astorga 1.^o de Junio de 1909.

Agustín Parrado

Secretario.

LITERAE ENCYCLICAE

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS AR-
CHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIS PA-
CEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABEN-
TIBUS.

PIUS PP. X

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEFICITIONEM

Communium rerum inter asperas vices additasque nuper domesticas calamitates, quibus animus Noster dolore premitur, plane recreat ac reficit christiani populi universi recens conspiratio pietatis, quæ adhuc esse non desinit *spectaculum mundo et angelis et hominibus* (1), a præsenti facie malorum forte excitata promptius, sed ab una denique causa profecta, Iesu Christi Domini Nostri caritate. Quum enim huius nominis digna virtus nulla in terris exstiterit nec possit esse nisi per Christum, Ipsi uni accepti referendi sunt fructus qui ab ea diminant inter homines etiam infide remissiores aut religioni infensos, in quibus si quod exstat vestigium veræ caritatis, id omne humanitati a Christo illatae debetur, quam, ipsi totam exuerere et a cristiana societate propulsare nondum valuerunt.

Hac tanta contentione quærentium Patri solatia et fratribus opem in communibus et privatis ærumnis, commotis Nobis vix verba suppetunt, quibus grati animi sensus exprimamus. Quos etsi non semel singulis testati sumus, haud remorari voluimus gratiæ publici referendæ officium exsequi, apud vos primum, Venerabiles Fratres, et per vos apud fideles omnes, quicumque sunt vigilantiæ vestræ concretiti.

(1) *I. Cor.*, iv, 9.

Sed libet etiam gratum animum profiteri palam filiis carissimis, qui, ex omnibus terrarum orbis partibus, tot fac tam præclaris amoris et observantiae significationibus quinquagenariam sacerdotii Nostri memoriam sunt prosequunti. Quæ quidem humanitatis officia, non tam Nostra, quam Religionis et Ecclesiæ causa delectarunt, quod impavidæ fidei testimonium exstiterint et quasi publica honoris significatio Christo Ecclesiæque debiti, per obsequium ei exhibatum, quem Dominus familiæ suæ præpositum voluit. Sed et alii idem genus fructus haud mediocris causam lætitiae attulerunt. Nam et sæcularia solemnia institutarum in America Septentrionali diœcesium occasionem obtulerunt immortales Deo gratias agendi ob additos catholicæ Ecclesiæ tot filios; et Britannica insula nobilissima spectaculo fuit ob instauratum suos intra fines pompa mirifica honorem Eucharistiae sanctissimæ, adstante Venerabilium Fratrum Nostrorum corona cum ipso Legato nostro ac populo confertissimo; et in Galliis afflita Ecclesia lacrimas detersit mirata splendidos Augusti Sacramenti triumphos, Lourdensi maxime in urbe, cuius celebritatis origines gavisi sumus quinquagenario apparatu solemni fuisse commemoratas. Ex his aliisque norint omnes persuasumque habeant catholici nominis hostes, splendidiores quasdam ceremonias, exhibitum Augustæ Dei Matricultum, honores ipsos Pontifici Summo tribui solitos, eo tandem spectare ut in omnibus magnificetur Deus; ut sit *omnia et in omnibus Christus* (1); ut, regno Dei in terris constituto, sempiterna comparetur homini salus.

Exspectandus divinus hic de singulis ac de universa hominum societate triumphus non aliis est nisi aberrantium a Deo ad Ipsum reversio per Christum, ad hunc autem per Ecclesiam suam; quod quidem

(1) *Coloss.*, III, 11.

Nobis esse propositum, vel primis Nostris Apostolicis Literis *E supremi Apostolatus Cathedra* (2), et sæpe alias, aperte declaravimus. Hunc redditum cum fiducia suspicimus; ad hunc maturandum consilia Nostra sunt et vota conversa, tamquam ad portum, in quo præsensis etiam vitæ procellæ conquiescant. Atque hoc nimirum quod publici redditi Ecclesiæ honores velut indicio, Deo bene iuvante. sint redeuntium gentium ad Christum et Petro Ecclesiæque arctius adhærentium, officia humilitati Nostræ persoluta libenti gratoque animo excepimus.

Hæc autem cum Apostolica Sede caritatis necessitudo etsi non eodem semper aut ubique se gradu prodidit nec uno significationis genere, nihilominus divinæ Providentiæ consilio factum videtur, ut eo devinctior exstiterit, quo iniquiora, uti modo sunt, tempora sive sanæ doctrinæ, sive sacræ disciplinæ sive Ecclesiæ libertati decurrerunt. Coniunctionis id genus exempla sancti viri præbuerunt iis tempestibus, quum aut exagitaretur Christi grec, aut aetas vitiis diffueret, quibus malis opportune Deus obiecit illorum virtutem atque sapientiam. Ex iis unum commemorare hisce Litteris maxime iuvat, cuius in honorem hoc ipso anno apparantur sæcularia solemnia, expleto a beatissimo eius exitu octavo sæculo. Is est Augustanus doctor Anselmus, catholicæ veritatis adsertor et sacrorum iurium propugnator acerrimus, tum qua monachus et Abbas in Gallia, tum qua Cantuariensis Archiepiscopus et Primas in Anglia. Nec alienum esse arbitramur, post acta splendido ritu solemnia doctorum Gregorii Magni et Ioannis Chrysostomi, quem alterum occidentalis, alterum orientalis Ecclesiæ iubar admirati suspicimus, aliud intueri sidus, quod, si a prioribus *differt in claritate*

(2) Encyclica, diei 4 Octobris MDCCCCIII.

(1), illorum tamen progressiones æmulando, haud infirmiorem lucem exemplorum doctrinæque diffundit. Quin etiam eo potentiores quodammodo dixeris, quo nobis propior Anselmus ætate, loco, indole, studiis, et quo magis accedunt ad horum similitudinem temporum sive luctæ genus, sive pastoralis actionis forma ab ipso in usum deducta, sive instituendi ratio, per se, per discipulos tradita et scriptis maxime confirmata, ex quibus habita est norma *ad defensionem christianaæ religionis, animarum profectum, et omnium theologorum qui sacras litteras scholastica méthode tradiderunt* (2). Quare sicut in noctis caligine alii occidentibus stellis, aliæ ut mundum illustrent oriuntur, sic ad Ecclesiam illustrandam Patribus filii succedunt, inter quos beatus Anselmus velut clarissimum sidus effulsit.

Ac vere quidem in media ævi sui caligine, vitiorum errorumque laqueis impliciti, optimo cuique inter æquales visus est suæ fulgore doctrinæ ac sanctitatis prælucere. Fuit enim *fidei princeps et decus Ecclesiae, gloria pontificalis*, qui sui temporis *omnes vicerat electos egregiosque viros* (3).—Idem *et sapiens et bonus et sermone refulgens, ingenio clarus* (4.) cuius fama eo usque progressa est, ut merito scriptum sit, non fuisse in terris quemquam, *qui dicere vellet: me minor Anselmus est similisque mihi* (5); acceptus ob hæc regibus, principibus, Pontificibus Maximis. Nec suis modo sodalibus ac fideli populo, sed *carus habebatur hostibus ipse suis* (6). Ad eum etiam tum Abbatem litteras existimationis et benevolentiae plenas misit magnus ille ac fortissimus Pontifex Gregorius VII, quibus se et

(1) *I. Cor.*, xv. 41.

(2) *Breviar. Rom.*, die 21 Aprilis.

(3) *Epicedion in obitum Anselmi.*

(4) In *Epitaphio.*

(5) *Epicedion in obitum Anselmi.*

(6) *Ibid.*

Ecclesiam catholicam eius orationibus commendabat (1). Eidem Urbanus II *religionis ac scientiae praerogativam adseruit* (2). Pluribus, iisque amantissimis litteris, Paschalis II *reverentiam devotionis, fidei robur et piae sollicitudinis instantiam extulit laudibus, eius actoritate religionis ac sapientiae* (3) facile adductus ut fraternitatis suæ postulatiouibus annueret, quem predicare non dubitavit omnium Angliæ episcoporum sapientissimum ac religiosissimum.

Nec tamen aliud esse sibi videbatur nisi contemptibilis homuncio, ignotus homunculus, homo parvæ nimis scientiæ, vita peccator. Cumque de se tam demisse sentiret, non hoc tamen impediebatur quominus alta cogitaret, contra ea quæ malis moribus opinionibusque depravati homines iudicare solent, de quibus sacræ litteræ; *Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei.* (4) Illud vero plus habet admirationis, quod eius magnitudo animi et invicta constantia, tot molestiis, impugnationibus, exsiliis tentata, ea cum lenitate fuit coniuncta ut vel ipsorum iram frangeret qui ei succenserent, eorumque sibi benevolentiam conciliaret. Ita, *quos eius causa gravabat laudabant tamen quod bonus ipse foret* (5).

Fuit igitur in eo admirabilis quædam earum partium conspiratio et consensus, quas plerique falso arbitrantur secum ipsas necessario pugnare nec ullo pacto posse componi; nudo candori consociata granditas, animo excelso modestia, fortitudini suavitas, pietas doctrinæ; adeo ut, quemadmodum in instituti sui tricinio, ita etiam in omni vita, *mirum in modum tam-*

(1) *Breviar. Rom.*, die 21 Aprilis.

(2) In libro II *Epist. S. Anselmi*, ep. 32.

(3) In lib. III *Epist. S. Anselmi*, ep. 74 et 42.

(4) *I. Cor. II, 14.*

(5) *Epicedion in obitum Anselmi*.

quam sanctitatis et doctrinæ exemplar ab omnibus haberetur (1).

Neque vero duplex hæc Anselmi laus intra domesticos parietes aut magisterii se fines continuit, sed, quasi e militari tabernaculo, processit in solem et pulverem. Nancto enim quæ diximus tempora, pro iustitia et veritate fuit ei dimicandum acerrime. Cumque naturæ vi ad ea studia ferretur maxime quæ in rerum contemplatione versantur, in plura et gravia negotia coniectus est, et, sacro assumpto regimine, in medium devenit rerum certamen atque discrimin. Et qui miti ac suavi erat ingenio, studio tuendæ doctrinæ ac sanctitatis Ecclesiæ compulsus est a tranquillæ vitæ iucunditate recedere, principum virorum amicitiam gratiamque deserere, dulcissima vincula, quibus cum sodalibus religiosæ familiæ sociisque laboris episcopis iungebatur, abrumpere, diuturnis conflictari molestiis, omni genus angustiis premi. Gravissimis enim odiis ac periculis circumseptum locum expertus est Angliam, ubi enixe illi obsistendum fuit regibus ac principibus, quorum arbitrio erant Ecclesiæ sortes gentiumque permisæ; ignavis aut indignis officio sacro ministris; optimatibus plebique rerum omnium ignaris atque in pessima quæque vita ruentibus; imminuto numquam ardore, quo fidei, morum Ecclesiæ, disciplinæ ac libertatis, eiusque propterea doctrinæ ac sanctitatis exstitit vindex; plane dignus hoc altero memorati Paschalis præconio: *Deo autem gratias, quia in te semper episcopalis auctoritas perseverat, et inter barbaros positus, non tyrannorum violentia, non potentum gratia, non incensione ignis, non effusione manus a veritatis annuntiatione desistis.* Et rursus: *Exultamus, in-*

(1) *Breiar. Rom.*, die 21 Aprilis.

quit, *quia gratia Dei tibi praestante auxilium, te nec minae concutiunt nec promissa sustollunt* (1).

Ex his omnibus, Venerabiles Fratres aequum et Nos etiam cum Decessore Nostro Paschali, lapsis ab illa ætate sæculis octo, lætitiam percipere, eiusque voci resonare, gratias Deo persolventes. Simul vero cohortari vos iuvat ad hoc sanctitatis doctrinæque lumen intuendum, quod, in Italia ortum, Gallis affulsit plus annos triginta; Anglis supra quindecim; Ecclesiæ denique universæ communi præsidio ac decori fuit.

Quod si *opere et sermone* excelluit Anselmi, hoc est, si vitæ pariter doctrinæque palæstra, si contemplandi vi et agendi alacritate, si dimicando fortiter et sectando pacem suaviter, splendidos Ecclesiæ triumphos comparavit et insignia in civilem societatem beneficia contulit, hæc omnia ex eo sunt repetenda, quod in omni vitæ cursu doctrinæque ministerio Christo et Ecclesiæ quam firmissime adhæserit.

Hæc mentibus defigenda curantes in tanti Doctoris commemoratione solemini, præclara inde hauriemus, Venerabiles Fratres, et quæ admireremur et quæ imitemur exempla. Plurimum quoque ex ea contemplatione accedet roboris ac solatii ad sacri ministerii partes, arduas plerumque ac solicitudinis plenas, viriliter

(Se continuará)

SAGR. CONGR. DEL SANTO OFICIO

I

Oración á favor de la Buena Prensa.

Nuestro S. S. Padre el Papa Pío X, en la audiencia concedida al Rdo. P: D. Asesor del S. O. el día 10 de Di-

(1) In lib. III *Epist. S. Anselmi*, ep. 44 et 74.

ciembre de 1908, concedió benignamente trescientos días de indulgencia, aplicables á los difuntos, y que pueden lucrarse una vez al día, á todos los fieles que devotamente y con corazón contrito rezaren la siguiente oración en honor de San Pablo Apóstol:

¡Oh, gloriosísimo Apóstol!, que con tanto celo trabajásteis para destruir en Éfeso aquellos escritos que conociais hubieran corrompido la mente de los fieles, os rogamos volvais benigno al presente los ojos hacia nosotros. Vos veis cómo una prensa incrédula y sin freno intenta arrebatar del corazón el tesoro precioso de la fe y de la pureza de costumbres. Iluminad ¡oh, santo Apóstol!, la mente de tantos perversos escritores, haciendo que desista para siempre de causar daño en las almas con sus nocivas doctrinas y perfidas insinuaciones; moved su corazón para que detesten el mal, que así hacen en la grey elegida de Jesucristo. Alcanzadnos á nosotros la gracia de que, dóciles siempre á la voz del Supremo Jerarca, no nos entreguemos á la lectura de escritos perniciosos; antes por el contrario, procuremos leer, y en cuanto nos sea posible, difundir aquellos que contienen pasto saludable y exaltan á promover la mayor gloria de Dios, la exaltación de la Iglesia y la salvación de las almas. Amén.

El presente vale perpetuamente sin expedición de Breve. No obstante cualquier cosa en contrario.

LUIS CANÓNIGO GIAMBENE, *Sustituto para las indulgencias.*—L. S.

Sres. Sacerdotes inscritos en la Liga Sacerdotal Eucarística

(CONTINUACIÓN)

- D. Germán Alvarez, Coadjutor de Tabladillo.
- » Máximo Barrio, Párroco de Orellán.

- » José Ramón González, Presbítero de San Miguel de Navea.
 - » Fructuoso González, Id. de Id. id.
 - » Ignacio Pascual, Ecónomo de Prado.
 - » Inocencio Méndez, Id. de Chana.
 - » Manuel Fernández, Párroco de Carucedo.
 - » Gregorio Rodríguez, Id. de Médulas.
 - » Esteban Méndez, Coadjutor de San Juan de Paluezas,
 - » Leopoldo de Prada, Id. de Sotillo.
 - » Mariano Peña, Id. de Villaester.
 - » José Ferreiro, Párroco de Encineira.
 - » Casimiro Izuel, Superior del Seminario de Astorga.
-

Conmemoración del Centenario de los Sitios de Astorga.

Bases para el concurso del Himno.

1.^a La Sección de Música del Centenario de los Sitios de Astorga ha acordado abrir un Concurso para premiar la música de un Himno, cuyo texto poético acompaña, el cual ha de escribirse para coro de hombres á unísono, y las estrofas para voz de barítono y Banda militar española.

2.^a El premio consiste en 500 pesetas.

3.^a La partitura original quedará en poder de la Junta, si ésta lo acuerda así; pero la propiedad de la obra premiada será del eompositor.

4.^a El Jurado lo constituirán el Excmo. Sr. D. Tomás Bretón, D. Emilio Serrano y D. Tomás Fernández Grajal, Comisario Regio y Profesores de Composición, respectivamente del Conservatorio de Música y Declaración.

5.^a El plazo de admisión termina el 30 de Septiem-

bre, a las doce de la noche, hasta cuya hora se admitirán previo recibo, las composiciones, en la Seeretaría del Centenario (casa de Ayuntamiento.)

6.^a El Himno que resulte premiado se ejecutará en los actos que la Junta acuerde, y si el autor lo desea, podrá ensayarla y dirigirla.

7.^a El premio se entrega en cuanto el Jurado dé su veredicto, el cual será publicado inmediatamente.

8.^a El Jurado se reserva el derecho de conceder alguna mención honorífica, así como declarar desierto el premio.

9.^a Las composiciones llevarán un *lema* que corresponderá con el que en sobre cerrado presentarán los autores al propio tiempo; en éste constará el nombre, lugar y señas de su domicilio.

10 Solo se romperá por la Comisión el sobre cuyo lema corresponda con el del Himno premiado, dejando al arbitrio de los que obtengan mención, si ha lugar, el publicar ó no publicar sus nombres.

11. Las composiciones no premiadas, podrán recogerse en el término de un mes, presentando el recibo de Secretaría.

Por la Sección de Música: *El Presidente*, MATEO BLANCO DEL RIO.—*El Secretario*, CIRILO NORIEGA.

Himno dedicado al Centenario de los Sitios de Astorga.

I

España, madre nuestra, Nación augusta y libre
En cuya tierra santa su templo alzó el honor,
El himno de tus glorias en nuestros labios vibra
Con el sugrado fuego que enciende el patrio amor.

Tu enseña al aire ondea cual lâbaro divino:
Héroes le dió á la Historia, mártires á la Fé;
Signó Colón con ella el épico camino
Cuando soñando mundos á descubrirlos fué.

CORO

España, en nuestros cánticos
tus glorias narraremos;
De tus acciones inclitas
Ejemplo tomaremos;
Y el rojo y gualdo símbolo
Donde encarnó tu ser
Como leales súbditos
Sabremos defender.

II

Uncidas cien Naciones á su triunfal carroza
Hacer de España feudo Napoleón pensó
Y á su ambición responden Astorga y Zaragoza
Que exterminarnos pueden; pero humillarnos no.

Y cuando cruza el águila francesa el Pirineo
Y en su rapaz instinto cayó sobre Madrid,
Gritando: ¡VIVA ESPAÑA! con ronco clamoreo,
Los hombres y mujeres corrieron á la lid.

CORO

Rujió el enojo bélico
Y en la espantosa guerra,
Cuando de sangre heróica
Se humedeció la tierra,
La sombra de Retógenes
Denuedo vino á dar
Para vencer al desposa
Y la traición vengar.

III

Astorga, en esa lucha que el patriotismo riñe,
Inespugnable fuerte te alzaste al invasor,
Cada vetusto muro que tu recinto ciñe,
la cicatriz conserva de tu inaudito ardor.

Contra ella se estrellaron de Francia las legiones
Ni el hambre ni la muerte te hicieron vacilar,
Y oyeron detrás de esos ruinosos torreones
El alma Numantina de nuevo palpitá.

CORO

Por tanto valor cívico,
Leal ciudad de Astorga,
Hoy la Nación Hespérica
El galardón te otorga.
Con sangre de tus héroes
Regaste ese laurel:
Sobre tus sienes cíñelo,
Digna te hiciste de él.

BENITO BLANCO Y FERNÁNDEZ

ORDENES

Han recibido las Sagradas Ordenes en el día 5 de los corrientes, Témporas de la Santísima Trinidad, los señores que á continuación se expresan:

Tonsura y Menores.

- D. Benjamín González García.
- » Diego Lafuente Vázquez.
- » Gregorio Alvarez Gómez.
- » Hilario Panizo y Panizo.
- » Manuel Villasante Fernández.
- » Pablo Blanco Chao.
- » Salvador Alvarez Diez.

Subdiaconado.

- D. Andrés Carro Zapatero.
- » Angel López de Diego.
- » Augusto Quiroga Mondelo.
- » José Delgado Delgado.
- » José Eugenio Martínez Barrero.

- » José María Martínez González.
- » Norberto Sirera García.
- » Rufino Gato Tomillo.

Diaconado.

- D. Alvaro Pardo Velasco.
- » Francisco Fernández Pérez.
- » José Rodríguez Blanco.

Presbiterado.

- D. Anastasio Iglesias Vega.
 - » Antonio Miranda Aliste.
 - » Emilio González Valderrábano.
 - » Florencio Alonso Rabanal.
 - » Francisco Losada Madrigal.
 - » Juan González Rubio.
 - » Leandro Manuel Sánchez Montero.
 - » Mariano Flórez Gallego.
 - » Pío Pérez González.
 - « Serafín Franco Teijelo.
-

NECROLOGÍA

Han fallecido los señores siguientes:

D. Manuel Martínez Mendez, Coadjutor de Forcadela (Valdeorras).

D. Manuel Martínez Gallego, Párroco de Villarejo de Orbigo.

Dichos señores pertenecían á la Asociación Sacerdotal de Sufragios y tenían acreditado el cumplimiento de cargas. Hacen los números 175 y 176 de los Hermanos difuntos.—R. I. P.